

gonem¹⁾ Misnensem episcopum ex una, et nos ex parte altera super iudiciis seu terminis iudiciorum in omnibus bonis tam dicti domini episcopi quam canonicorum Misnensium Worcyn, Mogelin²⁾, Misne et Stolpani³⁾ et venationibus prope Stolpam quaestio verteretur, de consilio venerabilium dominorum Lutolfi Nuwenburgensis et Heinrici Merseburgensis ecclesiarum episcoporum in hoc convenimus et consensimus, quod quatuor electi ex parte ipsius episcopi et ex nostra quatuor, eandem causam audiant et discutiant, et secundum quod ipsam causam diffiniverint, ratum servabimus atque gratum. Sunt autem ex parte nostra ad hoc electi et deputati nobilis vir Meynherus Misnensis burgravius⁴⁾, Rudigerus⁵⁾ de Scaghowe, H. camerarius de Gnansteyn et Henricus de Syden. Ex parte vero dicti domini episcopi Theodericus praepositus Budysynensis, Conradus custos canonici Misnenses, Theodericus custos ecclesiae Worcynensis et Henricus dictus Burleban miles. Et si aliquis praedictorum ante discussionem seu diffinitionem praedictorum decesserit vel interesse forsitan non potuerit, alter substituatur eidem aequae bonus. Iurabunt autem praedicti octo praedicta diffinire et terminare bona fide, omni commento fraudis sive doli remoto penitus et excluso. In quorum evidens testimonium hanc litteram sigillis venerabilium dominorum episcoporum praedictorum et nostro fecimus sigillari, praesentibus venerabilibus dominis episcopis supradictis, nobili viro Meynhero burgrauio Misnensi, Rudeghero de Schaghowe, Henrico de Yscherstete, Johanne de Hersteyn, Friderico magistro coquinae, Hermanno de Tannenvelt⁶⁾ militibus, Sifrido⁷⁾ decano, Henrico cantore, Conrado⁸⁾ custode, magistro Geuehardo praeposito in Hayn, magistro Theoderico praeposito Budysynensi, Johanne de Strele, Petro canonicis Misnensibus et aliis quam pluribus fide dignis. Datum et actum Dresden anno domini M^o. CC^o. LXXXIII^o., proxima sexta feria post nativitatem sanctae Mariae virginis gloriosae.

Nach den im Stiftsarchiv zu Meissen (A) und dem K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden (B) vorhandenen Originalen, an welchen die an Pergamentstreifen befestigten Siegel der beiden Bischöfe ziemlich wohl erhalten, vom Reitersiegel des Markgrafen aber nur Bruchstücke noch vorhanden sind.

Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 80.

1) Wythegonem B. 2) Mogelin B. 3) Stolpam B. 4) burgravius B. 5) Rudegherus B. 6) Tannenvelt B. 7) Syfrido B. 8) Conrado B.

No. 257. 1283. 10. Sept.

Markgraf Heinrich beurkundet, dass in den von Neuem entstandenen Streitigkeiten mit dem B. Withego, was den Zehenden in der NLausitz betreffe, die im J. 1252 getroffene Einigung, hinsichtlich der neuerdings angeregten Streitfragen, die Gerichtsbarkeit und dann den Zehenden in durch Heimfall etc. gemachten Erwerbungen betr., die von den erbetenen Schiedsrichtern festgestellten Bestimmungen ferner massgebend sein sollen.

In nomine domini amen. Nos Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio recognoscimus tenore praesentium publice profitentes¹⁾, quod cum²⁾ olim inter venerabilem dominum Conradum quondam Misnensis ecclesiae episcopum bonae memoriae compatrem nostrum ex una, et nos ex parte altera, super quibusdam certis articulis

1) et tenore — profitemur B. 2) cum fehlt in B.